

i Gen. 41.45. rem (1). Potuit igitur urbi Beelsphon oraculum ibidem constitutum nomen in- didisse.

m Herod. 1.2. Plura fuisse in Aegypto Oracula Herodoti relatione discimus (m), uti Herculis, Apollinis, Minervae, Diana, Martis, Jovis, ac potissimum Latona. Nomen autem Beelsphon plurimum ad Persephonem, sive Proserpinam accedit; quam saepe Deam sub Diana nomine ab Aegyptius cultam, quemadmodum & sub Isidis nomine Cererem, Herodotus testatur. Huius Cereris Dianam filiam tribuebant, ut proinde facile hujus Diana, sive Persephones oraculo urbs Beelsphon dedicari potuerit. Id quidem nos conjectura loco dicimus, maturius rei examen alii relinquentes. Nec est eum nomen Beel sive Baal foeminae tributum, negotium in ea re facebat, cum in Paganorum Theologia frequentissime nomen Dei omnibus aequum Numinibus utriusque sexus, ac potissimum Luna, & Diana tribu confuevisset. Quod ad nomen Persephones attinet, alterius est à Graeca originis; quin & omnia ferme Deorum Graecorum nomina ex Aegypto derivari

n Herod. 1.2. Herodotus animadvertisit (n).

c.50. Sed quid hæc ad certum urbis Beelsphon situm investigandum? Urbs illa sita est ad Clysmam apud Eusebium (o); in verione sua S. Hieronymus nomen Clysmam omittit. Eam vocem in Textu Eusebii redundare autunat Bonfrerius, nec illam planè affectu sunt Operum S. Hieronymi recentissimi Editores. Cum tamen recepta apud Antiquos traditio ferat, Hebreos ad Clysmam Erythraum transfretasse, certum ejusdem loci situm opera pretium erit investigare. Eusebius ad Erythraum collocat, ubi vero potissimum, sicut; S. Athanasius in Arabia [p], in plaga scilicet Erythrae occidentali, quam Veteres non raro Arabæ nomine appellant, ut R. P. D. Bernardus Montfacon ejusdem S. Doctoris mentem scite interpretatus demonstrat. Rubrum mare, ita describit Philostorgius lib. 3. c. 6. in duos sinus dividitur, quorum unus desin in Clysmam, unde & nomen fortiter. Altera vero pars in urbe Elam. Ad Clysmam Iraelita siccò pede aquas transit. S. Gregorio Turonensi Clysmam urbe est ad eundem locum, nempe ad extremam oram sinu Suez (q). Cofnas Aegyptius Monachus, cuius Opera non ita pridem edita sunt, transfretasse Hebreos ad Clysmam testatur, cuius rei fidem, ait, vestigia curruum & rotarum intra alveum longius excurrentia, qua adhuc manent, apertissime confirmant; porrò locus iste, addit, euntibus ad Sinai dexter occurrit [r]. Exinde ille quidem, sed exæstior in designanda plaga ejusdem maris ulteriori sive citeriori desideraretur. In Tabulis Peutingeri ad litus occidentale Sinus illius pertinet; sed apud Ptolemeum, Itinerarium Antonini, & optimas Tabulas Geographicas, plagam occidentalem finis Arabici inter Suez & Crondel tenet. Ipsius esse creditur cum Colzuma, ex qua oræ occidentali maris Rubri nomen inditum; quin & mare ipsum hodie Babar

p Hist. Arian.
ad Monach. 1.
pag. 385.

q Greg. Tur.
l. 1. c. 10. in
libus signi
(sue brachii)
capite Clysmam
civitas adi-
cta est.

r Cofm. 1.5.
pag. 149. Vide
Prefat. in
eund. c. 5. §. 2.

el Colzum appellatur (s). Junior Thevenot Itiner. p. 2. c. 33. ad extremam oram borealis Erythrae sinu Clysmam collocat; addit insuper se quindecim solidis diebus per litus ejus freti iter habentem ad montem Sinai, nunquam tamen ampliorem alvei sinu, quam 8. vel 9. milliarium obseruasse. Monasterium S. Antonii hodie usque ad Clysmam visitur. Transfretarunt igitur Hebrei unâ vel dimidiâ leucâ infra extremam Erythrae oram, multò supra Tor ad vadum Crondel, quem locum alii Israelites mare traiacentibus assigant (t).

Porrò visa olim ad Clysmam vestigia curruum & rotarum fragmenta Paulus Orosius, Gregorius Turonensis, & Cosmas Monachus supra laudatus testatur. Suâ etiam estate mansisse rotarum vestigia non in litorum tantum, sed in immo quoque pelagi fundo, quantum oculus persequi posset, scribit Orosius l. 1. c. 10. si quis autem, ait, sive curiositate aliquâ, sive aliâ quacunque de caufa arenam turbasset, vestigia tamen illa continuâ ventis, fluctibusque reparabantur. Paria, certissimum locum testium fide, Gregorius Turonensis refert (u). u Loc. cit.

Quare eti fidei superare res illa videatur, post tales tamen tantosque Scriptores ac testes, temere proflus rejiceretur. Nam opinione confirmat quod ex plurim oculatorum testium relatione compertum est [x], solum nimirum ejus oræ facile corporibus quibuscumque crustam lapideam inducere, ut non rari occurrant arbores, cymbæ, angues, fructus, cadavera, in lapidem rigescientia. An forte idem accidisse contigit ruderibus curruum Pharaonis, quæ scilicet in lapidem solidata usque ad quintum, & sextum faculum rei geste monumenta servare potuerint? Sed ad Iraelitarum regrediamur.

Vix illi, subeunte vespere, Beelsphon ad Erythrum pervenerant, cum Pharaonis castra in conspectu posita ad Hirot, non conpixerunt tantum, sed etiam in prælium mane alterius diei parata exhorrerunt. Eo aspectu rigore subito horrore Hebrei, mox in murmur, & querelas contra Moysen conversti sunt. Nihil tamen ille his omnibus permotus, fidem suam obstrinxit futurum, ut quantocius à presentissimo periculo liberarentur, simulque precibus intimo tantum, uti quidem credimus, mentis affectu Deo oblatis, Deum ipsum adutum jubentem audivit, porrigitere manus, atque per medium pelagi alveum, divisis utrumque aquis populum traducere. Sub hac nubes, qua in fronte exercitus hucusque iter monstraverat, inter castra Aegyptiorum, & Iraelitarum medium se collocans, diem Iraelitis, Aegyptis vero noctem obscuram adeo reddebat, ut ab Hebreorum exercitu Pharaon proflus absterretur. Tum Moyses elata virga, factaque aquarum divortio patenter sanè viam inter medium pelagum aperuit. Quod vero iter per illam facile Hebreis pararetur, validus à Deo immensus ventus imum maris fundum dicto citius siccavit. Et occasione aquas utrinque veluti

s Vide Colizum
in not. ad Al-
ferg. pag. 144.

y Sep. 19. 7.

Iusti in glaciem concrevisse ex pluribus Sacrorum Librorum phrasibus supra significavimus. In libro Sapientie legimus (y): In mari Rubro via sine impedimento, & campus germinans in profundo, per quem omnis natio transfoit... Tanquam enim equi depaverunt eam, & tanquam agni saltaverunt, magnificantes te Domine.

Fatetur quidem, hæc Sacra Scriptura verba ad sensum allegoricum facile detorqueri potuisse, quasi felicitatis exultantis ad prodigium populi gaudium explicatur. (z). Sed nullam Interpretates metaphoram agnoscentes, subito quidem germinasse Divino prodigo in imo marius fundo herbas defendant; alii (a) vero, pluribus Authoribus prophani laudatis (b), demonstrant, Erythrae alveum, qua maximè ad litus accedit herbis, & juncis virefere, unde pelago illi ab Hebreis nomen inditum mare Suph, seu mare Junctorum: quin & apud Plinium imus ejus pelagi fundus virentibus arboribus, lauris, olivis fructibus onustis, tribus saltam cubitis proceris consitus est [c]. Tandem Interpretum alii (d) volunt lapideam cruentam arenæ per eam occasionem inditam fuisse, quod Iraelitarum gressus paterentur, Sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas [e].

Quid? Ed pervenerunt alii, ut stravisse viam Deum crediderint submotis arbustis, de-

f Nempè sub or-
tum aurora,
circa quartan
horam matutin-
nam.

Quid? Ed pervenerunt alii, ut stravisse viam Deum crediderint submotis arbustis, de-

DISSESTITO DE POESI VETERUM HEBRAEORUM.

EA, quæ ad Poemam Librorum Sacrorum pertinent, inexplicata hucusque Scriptoribus, atque impervia fuisse varia diversorum hauc unâ de re opiniones, quin & errores fatis ostendunt. Onium vetustissimi peritissimum Scriptores argumentum illud tractantes, occurunt Iosephus, Origenes, Eusebius, S. Hieronymus, viri oppido doctissimi, quorum authoritas plerosque ferè subfrequentes Scriptores in suam sententiam pertraxit. His ergo viris doctissimis authoribus, Moyris Cantica carmine exarata esse constat, & carmine heroico, uti Iosephus non raro testatur (g). Patria apud Origensem, & Eusebium legas (h), quibus illud adjicendum censuit Hieronymus (i), nimirum carminibus iambicis, alcaicis, & saphicis, instar Pindariorum, & Horatianorum, totum Pfalterium digestum esse. Cantica vero, ait, Deuteronomii (k), & Iaiæ, quemadmodum & liber Job & Salomonis, hexametris, pentametrique versibus instruntur. Alii tamen sentit Cantica Deuteronomii (l) iambis tetrametris adornari; quemadmo-
dum & Ps. 118. & 144; trimetris vero constare Psalmos 110. & 111; Saphicis tandem alisque carminibus trimetris Jeremia lamentationes. Tandem ea, quæ de libro Job alibi scriperat, iterum in proportionatione ad eundem librum repetens, sancte testatur, post illa verba, Pereat dies in qua natum sum, omnia hexametris, dactylis & spondeis constantibus, digeri: quanquam interdum, ait, propter lingua idiomâ crebri recipient tales pedes, non ex rudenti syllabarum, sed eundem temporum. Interdum quoque rythmus ipse dulcis & tinnulus fertur, numeris pedum solutis: quod Metri magis, quæ simplex Lector intelligunt. De libro etiam Psalmorum lyricis carminibus concinnato, instar Pindari, Alcæ, Horatii, Catulli, & Sereni, plures testimonium repetit (m).

Sancti Viri eruditio, quem veleti Ecclesiæ Doctorem venerari par est, meritò quidem omnes sufficiunt: fateamur tamen oportet, plures esse Hebraicæ lingue peritissimos viros, qui neque in Psalmis nostrâ ætate, neque in aliis Hebraeorum poeticis scriptis quidquam subodorantur de metris & numeris, qua-

Dicitur Calmet. Tom. I.

m Epist. ad
Paulin. l. 9.
Comment. in
cap. 30. Ezech.
Ferrandus in
Prafat. Ps. cap.
11. p. 9. autu-
mat nec dacty-
los, nec spon-
des in Psalmis
deesse, quen-
admodum.
sunt etiam in
Homero. Spon-
daicis etiam
carminibus
cōfittiſſe ferunt
Epitaphium.
R. Iacob Al-
pheli, qui facu-
lo undecimo
floreat.

I les

*n. Vide Proleg.
in Divin. Bi-
bliot. S. Hiero-
n. nov. edit.
art. 5.*

** Philo de vit.
contempl. ad
fin.*

*o Scalig. in.
Chron. Euseb.*

*p Grot. in Luc.
c. 46. Erant
enim rythmi
sive numeri
Hebraeorum non
emmetri, sed
lege soluti, cu-
jummodi etiam
erant, &
nunc quoque
sunt eorum
fallationes.*

les olim S. Hieronymus sibi compserisse vifus est. Quare S. Doctoris studiosissimi viri, ejus in ea re mentem explicantes, contendunt, non illum quidem vera hexametra & pentametra carmina in libro Job deprehendisse, sed, inquit, similitudinem quandam heriocorum verfum intelligere debes, & sic in ceteris metrorum generibus (n).

Philo de Essenis agens, servata apud illos tradit veterum Poetarum sc̄tē ipsorum carmina, (nemp̄ Authorum Sacrorum poetica scripta) h̄c autem carmina, inquit, variis metris, & numeris constat; alia sunt enim [*] trimetra, in religiosis Templi visitationibus inter eundum canenda. Alia hymnos referunt, ante Aram in ipsis Sacrificiorum, & libationum oblationibus recitanda; alia tandem quietum exigunt, & immotum cantorem; alia choreis, & choris apta.

Scaliger nullam numeri legem in hisce veterum Hebraeorum carminibus agnoscit. Nam, ait, ut in Hebraico, Syriaco, Arabicō, & Abyssino idiomate, illa metri species concepi posse, nemo efficer potest; quia id natura sermonis non patitur (o). Ad dicta autem de Psalterio, aliosque: De Psalterio magis miror, cum neque in eo, neque in Threnis ullum Canticum sit metricis legis adstrictum, sed merè soluta oratio charactere poetico animata.

Eadem Augustino Eugubino visa sunt: Carmen Hebraicum, ait, non idem est, atque Graecorum, & Latinorum. Hebraicum nulla tempora, sed numerum dumtaxat observat. Itaque neque heroicum carmen apud Hebraeos extat, neque jambicum, aliquaque genera; sed simile quiddam, quale Barbari diversis ritibus canunt. Hoc poeſeos genus maximè simplex, maximè ad natum accedens, majestatis plus habet, & dignitatis, quam poeſis certis legibus velut compedibus revindet, vix sensis, à Deo hominibus inspiratis, exprimendis apta; dum enim metri legibus servire Poeta student, vix fieri potest, quin aliquid de grandioribus sensis ideisque detrahant.

Scaligerum peritissimi Critici fecuti sunt, uti Augustinus Eugubinus, Ludovicus Capella, Martinus, Samuel Boilius, Vasmuth, Pfeifferius &c. Addendus & Grotius (p), addendus, inquam, iis qui Poemam Hebraorum nec rythmicanam, nec numeris adstrictam arbitratur; neque ab ea recessuros Lectores nostros arbitramur, post lectam Disquisitionem D. Abbatis Fleury & nostram hanc Dissertationem. Est igitur nobis in præsentia res cum Authoribus illis, qui in Hebraorum poësi simile quid cum Graecis, sive Latinis, aliquique linguis hodie obtinentibus, deprehendisse sibi vidi sunt; eamque opinionem non ex aliorum autoritate, sed producis de suo argumentis sustinuerunt. Omittendo autem eos duximus, qui nihil s̄ ea de re assecutos, vel assequi umquam posse scripserunt. Referendi tamen quibus novum aliquod in eo sistema visum fuit propendum.

Mercerus in cap. 3. Job ex aliorum re-

latione audivisse se tradit, Franciscum Vatablum veram methodum carminum libri Job, & Psalterii non invenisse tantum, sed etiam digestis regulis aliis perviam fecisse. Vatabli quidem eruditio neminem arbitror ignorare; ac Mercerus sperare se dixit futurum tandem, ut eximii illius viri scripta de eodem argumento publice expectationi traderentur; sed ea de re actum est jam; nec spes tantum Vatabli scripta umquam videndi intercidit; ambigit quin etiam num Vatablus vel scripsiter umquam in idem argumentum, vel saltem absolutum aliquid reliquerit.

Theodorus Herbertus reperisse se tandem blandiebatur in Sacris libris carmina nostris simillima, metris nemp̄, & cœfusis, nonnullis, quas ipse prescribit, regulis abstrecta. Ex his carminibus quedam, ait, occurrit in Ps. 6. 2. & 8. 5. & 105. 20. & 106. 5. & 116. 7. & 118. 25. & 119. 30. & 146. 7. & Job. 21. 4. Prov. 25. 19. Sed quorūm h̄c? An ne Poemam artificiale apud Hebraeos sub Jofue, Job, & Davide innotuisse, jure ex eo inferremus? Facile profectò vel prosa scripta oratio rara quedam carmina exhibere potest.

Doctores quidam Hebraei contendunt rythmicum illud Poemis genus, hodie Hebraicū familiare, vetustissimum esse, utpote &tate Patrum suorum in Palæstina obtinens; quam in rem epitaphium quoddam Hebraicum & rythmicum laudent, olim in tumulo Præfecti cuiusdam Amanī Regis Iuda in Regno Valentiae legendum (q); sed h̄c fabulosa, nec digna, ut veritatis studiosos viros detineant.

Meibomius, atque nostra scriptor, se unum jadit, qui post 2000. annos scricret Poemis Hebraicā tenuerit, eoque instrutus ipse totum originalem Scripturā Textum corrigere ausus est. Ego, ait ipse in sua ad Reges omnes, & Principes Christianos totius Europæ epistolā, novam adornavi Librorum Sacrorum verfionem, cum explicatione difficultorum locorum, cuius ego laboris vobis in praesentiū specimen exhibeo. Quod si pro meritis agnoscetis, reliquum Veteris Testamenti sperare vos jubeo, quemadmodum & carminum legem, quibus opus contextum est.

In Praefatione gloriatur se in Sacro Textu ultra 3000. errores correxisse, qui sensum corrupserant; deprehendisse autem se illos profitetur insufo divinitus lumine, sicut & ope regularum Hebraicā Poemis; que sanè regulā post Jeremiā, & Danielis &tatem occultā, Aggæum, & Ecdram laterant.

Addit insuper, ipsos Veteres Judaorum Doctores, si redire in mundum continget, grande illud donum, sibi divinitus collatum, admiraturos; Septuaginta vero Seniores fruſtra se operam suam collocasse professuros ingenuē, sicut & Origenem, reliq̄is Hexaplis, unā cum S. Hieronymo, totos se in ejus laudibus occupaturos, qui reliquias omnes Latinos Sacra Scriptura Interpretes superasset, pro eā, qua præstat, Poemis Hebraicā ac Lingue Sancte peritiae.

Scri-

Scriptor iste novo suo de Poesi Hebraorum arcano totam turbat Scripturam; quin parte tantum minimā totius systematis revelatā, clavem ipsam nobis invidit. Facile vulgatum illud specimen Publico non arrisit, cum Meibomius huc usque fidem suam liberare disulerit.

Franciscus Gomarus, scripto Libro, cui titulum fecit Davidis Lyra, carmina Librorum Sacrorum paribus adstringi legibus cum Graecis, & Latinis demonstrare conatur; nihilque author ille non molitur, ut regulas, pedes ac carminum genera omnia in Sacro Textu edisserat. Bipertitus est Liber, cuius pars prior regulas pro syllabus Hebraicis dimetiendis assignat; tum varia prosequitur Hebraicū carmina pro Graecorum, & Latinorum diversitate; altera vero, constitutus jam regulis, carmina Scripturæ ducit, analytis format, profert exempla, quæ regulis suis, & principiis quadrent. Opus illud summorum Virorum laudes primū assecutum est, veluti Buxtorfi, Ludovici de Dieu, Constantini' Empereur, Heinri, Hottingeri; mox vero Ludovici Capellii eruditio in se concitat. Observat igitur Capellius duo ab Authorē principiis constituta esse, quæ vix, ac ne vix quidem probaret; primū Hebraicā puncta non recens esse Hebraorum inventum, sed ex ipsis Sacris Authoribus derivata; alterum, Sacros Scripturæ Libros nullam prorsus passus fuisse, sive oscitantia Amanuensium, sive temporis diuturnitate corruperit?

Quare dum Gomari principium illud est: Scheva non vocalis est, sed illius sub consonante mobili absentia nota. Hoc Authoris axioma refutatur Capellius imprudens sibi fundatum Grammaticorum adducit, quibus Scheva vocalis brevis loco habetur. 2. Gomari regulā semel admisit, ait Capellius, plures Hebraicæ voices, vel ab ipsis Barbaris, ne pronunciationi quidem possent, e. g. Jerbaku; quin & plurimæ voices verè trisyllabae in dissyllabas migrare cogerentur.

3. Gomari principium alteri Hebraicæ Syntaxis repugnat: Scheva sub litera, eui adjectum Dages, pronunciatur. Ita ex voce Pakkedu five Dages subducendum est, five ratio ineunda, ut quiescente Scheva in pronunciatione exprimatur.

4. Tandem juxta ac Capellius animadvertisit, quo loco nos Scheva legimus, veteres, veluti Septuaginta, & S. Hieronymus, modò unam, modò alteram vocalē legebant; quare non est, ut quidem Gomarius contendit, quid huic punclo vocali tantopere serviamus; quin & sapientius contingit, ut in pronunciatione exprimatur.

Alterum Gomari principium est: In Hebreo Syllabus omnes longas esse, vel breves, ancipitem nullam; neque fieri unquam posse, ut breves in longas per positionem transmutentur, quemadmodum Syllabis Graecorum, & Latinorum frequenter accidere satis constat. Egregie ille quidem, si lingua Hebraorum eadem cum

Dissert. Calmet. Tom. I.

Dissert. de
Poesi Hebr.

Gallica, atque vernacula omnium ferme Europæ gentium inde, nullam in suis carminibus syllabarum dimensionis habet rationem; cum vero, juxta Authoris mentem, lingue Hebraicæ genius idem ferè sit ac Latina & Graecæ, ac plurima inter carmina omnium illarum gentium in similitudo; quā, rogo, fieri potest, ut iisdem ac gentes illę regulis non serviat? Neque constitutis à se regulis Gomarius felicissime semper utitur; sapè enim barbarissimi eruditioem, & objectam in se toties difficultatem pronunciandi instaurat. Vix etiam fieri posse ostendit Capellius, ut tertia Hebraicarum Syllabarum mensura determinetur, quandiu de vera carum pronunciatione non constabit; neque faciliori negotio, ait, verbus Hebraicē legerunt, si regulas pronunciationis ab Authorē traditas servemus. Ipso enim Gomaro fatente, constitutē ab illo regulę vix ultra tres versus ordine succedentes patiuntur. Ex quo illud consequi animadvertisit Capellius, certas de Poesi Hebraorum regulas frustra assignari; quemadmodum & frumento labore torquebatur in regulis poeſeos Graecē, & Latinē assignandis, nisi eandem regulam, & methodum servantes plures apud illos carmine scriptos Libros haberemus. Nonne ridenda planè esset viri illius confiditia, qui vagis quibusdam & irregularibus carminibus sparsum in Libris Sophoclis & Pindari animadversum, sive passus fuisse, sive oscitantia Amanuensium, sive temporis diuturnitate suscipiet?

Solemne Gomari principium illud est: Scheva non vocalis est, sed illius sub consonante mobili absentia nota. Hoc Authoris axioma refutatur Capellius imprudens sibi fundatum Grammaticorum adducit, quibus Scheva vocalis brevis loco habetur. 2. Gomari regulā semel admisit, ait Capellius, plures Hebraicæ voices, vel ab ipsis Barbaris, ne pronunciationi quidem possent, e. g. Jerbaku; quin & plurimæ voices verè trisyllabae in dissyllabas migrare cogerentur.

3. Gomari principium alteri Hebraicæ Syntaxis repugnat: Scheva sub litera, eui adjectum Dages, pronunciatur. Ita ex voce Pakkedu five Dages subducendum est, five ratio ineunda, ut quiescente Scheva in pronunciatione exprimatur.

4. Tandem juxta ac Capellius animadvertisit, quo loco nos Scheva legimus, veteres, veluti Septuaginta, & S. Hieronymus, modò unam, modò alteram vocalē legebant; quare non est, ut quidem Gomarius contendit, quid huic punclo vocali tantopere serviamus; quin & sapientius contingit, ut in pronunciatione exprimatur.

Alterum Gomari principium est: In Hebreo Syllabus omnes longas esse, vel breves, ancipitem nullam; neque fieri unquam posse, ut breves in longas per positionem transmutentur, quemadmodum Syllabis Graecorum, & Latinorum frequenter accidere satis constat. Egregie ille quidem, si lingua Hebraorum eadem cum

I 2 fami-